BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 100r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Dicebant ergo iudei. Numquid interficiet semetipsum quia
dixit. Quo ego uado. uos non potestis uenire. Et dicebat
eis. Uos de deorsum estis. ego de supernis sum. Uos de hoc mun
do estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis. quia
moriemini in peccatis uestris. Si enim non crediderimis quia
ego sum. moriemini in peccatis uestris. Dicebant ergo ei.
tu quis es. Dixit eis ihe. Principium. qui et loquor uobis.
Multa habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui misit me
uerax est. et ego que audiui ab eo hec loquor in mun
do. Et non cognouerunt quia patrem eis dicebat dm. Dixit
ergo eis ihe. Cum exaltaueritis filium hominis. tunc cognos
cetis quia ego sum. et a meipso nichil facio. sed sicut docuit
me pater sic loquor. Et qui misit me. mecum est. Non reliquit
me solum. quia ego que placita sunt ei facio semp. Hec illo
loquente. in multi crediderunt in eum. Dicebat ergo ihe ad eos
qui crediderunt ei iudeos. Si uos manseritis in sermone
meo. uere discipuli mei eritis. et cognoscetis ueritatem. et ue
ritas liberabit uos. Respondunt ei. Semen abrahe sumus
et nemini seruiuimus umquam. quomodo tu dicis liberi eritis.
Respondit eis ihe. Amen amen dico uobis. quia omnis qui facit
peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in do
mo in eternum. filius manet in eternum. Si ergo filius uos li
berauerit. uere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis. sed
queritis me interficere. quia sermo meus non capit in uobis.
ego quod uidi apud patrem loquor. et uos que uidistis apud pa
trem uestrum facitis. Respondunt et dixerunt ei. Pater nr
abraham est. Dicit eis ihe. Si filii abrahe estis. opa abra
he facite. Nunc autem queritis me interficere hominem
qui ueritatem uobis locutus sum. quam audiui a deo. Hoc
abraham non fecit. Uos facitis opa patris uri. Dixerunt ergo
ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. unum patrem habe
mus dm. Dixit ergo eis ihe. Si deus pater uster esset. diligeretis
utique me. Ego enim ex deo processi et ueni. Neque enim a me
ipso ueni. sed ille me misit. Quare loquelam meam non

IN.I.T.